

82.

Markgraf Konrad schenkt unter Zustimmung seiner Söhne Otto, Dietrich, Heinrich, Teto und Friedrich der Stiftskirche zu Meißen zur Benutzung des Kapitels das Dorf Schirmitz im Gau Belgern und dem Burgwart Dröschkau.

Meißen, 1130.

5 *Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Meißen. S. = Taf. I. 1.*

Gedr.: Codex dipl. Sax. reg. II. 1,47.

Anm.: Die Urkunde kann erst nach 1140 Aug. 31, dem Todestage des Bischofs Godebold, ausgefertigt sein.

† : In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus Misnensis marchio: Cogno-
scant universi Christi fideles utriusque gradus laici et officio altaris mancipati, | qualiter
10 nos pro redemptione anime nostre ac contectalis nostre pariterque parentum nostrorum
presentibus et collaudantibus filiis nostris Oddone et Theoderico, Heinricho, Tetone, Fri-
derico | villam quandam nostri allodii nomine Sremsnize in pago Belgor in burchwardo
Trescowo sitam ecclesie Misnensi cum omni utilitate ac iure cultis et incultis agris | pratis
molis molendinis areis silvis piscationibus venationibus^{a)} aquis aquarumque decursibus
15 viis et inviis exitibus et redditibus quesitis et inquirendis et omni utilitate, que inde provenire
poterit, specialiter ad canonicorum eiusdem ecclesie utilitatem libere contradidimus, eo
videlicet tenore, ut nulla persona magna vel parva seu episcopus predicti loci aliquam
potestatem habeat diminuendi vel commutandi vel alienandi a communi fratrum utilitate.
Si quis autem temerarius huius nostre traditionis violator extiterit, cum Iuda traditore
20 gehennali incendio eternaliter cruciandus deputetur, sua vero iura conservantibus sit pax
et benedictio et cum sanctis omnibus eterna remuneratio. Et ut hec nostra traditio stabilis
et inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione presentem cartam signavimus. Hec
autem facta sunt in ecclesia Misnensi in generali synodo presidente beate memorie Gode-
baldo episcopo, regnante domino Lothario imperatore, anno autem ab incarnatione dominica
25 M. C. XXX; feliciter amen.

(S.J.)

83.

Die Gräfin Helinburgis von Gleichen stiftet das Kloster Volkenrode, dessen Vogtei sich der Graf Ludwig vorbehält.

1130.

30 *Gedr.: Brückner, Kirchen- und Schulenstaat des Herzogthums Gotha 1. 2,229. — Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXV, 222.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Inter cetera pietatis opera sola
eleemosina obtinet principatum. Huius rei gratia ego Helinburgis comitissa de Glichen
advertens, quod breves sint dies hominum super terram, nec aliquid certius est morte,
35 licet sit mortis hora incerta, concepi firmiter in animo meo cum concilio advocati mei et
consensu cognationis Christum constituere nostre substantie coheredem et ecclesiam fun-
dare novellam in honorem individue trinitatis et beate Marie semper virginis, in qua

82. a) venationibus, a ist aus corr.